

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Svmmvla Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm

Bonagratia <von Habsheim>

Friburgi Brisgoiae, 1665

leivnivm

[urn:nbn:de:bsz:31-160625](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160625)

liri, etiam si ante mortem non induatur. Has concessionis viuz vocis oraculo factas, etsi Lezan. l. e. cessare dicat, videntur tamen non inualidæ, secundum ea, quæ alibi de huiusmodi oraculis diximus.

215. Sextum, Ipsum osculantes, con- **CCXV.**
 quuntur Indulgentias quinque annorum, *Sextimum.*
 & totidem quadragenas, ex concessione Ioan. 23. In Comp. vbi supra. n. 9.

IEIUNIVM.

216. Ieiunium includit vnicam in die refe-
 ctionem & à carne abstinentiam.

217. Tenemur ad Ieiunium duplici præcepto,
 Ecclesie & Regule.

218. Ieiunij modus. 219. Dispensatio.

216. **A** Duert. Præcepto Ieiunij duo **CCXVI.**
 includi inter se omnino distin- *Ieiunium*
 cta. Primum est, vt vnica tantum in die, *in quo*
 hoc est, à media nocte ad mediam noctem, *conijciantur*
 fiat comestio. Alterum est, abstinentia à
 carne, & ab his, quæ à carnibus sementi-
 nam trahunt originem. i. Denique. dist. 4.
 vti sunt oua, caseus & lacticia. Ab vtro-
 que stante necessitate, nos excusat Regula
 c. 3. siquidem necessitas est manifesta, ita vt
 cui que discreto & pio viro dubia non exi-
 stat,

X

stat,

stat, sine ratione ætatis, vel debilitatis, vel infirmitatis, vel laboris ineuitabilis, sine quo aliquod necessarium negotium commodè, vt oportet, perfici non potest, siue propter defectum sufficientis victus pro sustentatione debita. Vbi verò necessitas non est manifesta, licet vera sit, Prælatorum tamen requiritur dispensatio, si commodè haberi potest, & vsus non habet contrarium. P. Polit. in c. 3. Reg. n. 61. vbi & Prælatos malè facere dicit, dum petentibus subditis dispensationem in causa dubia soluendi ieiunium, aut præueniendi horam, remittunt eos ad conscientias proprias, cum ad prædicta facultatem habeant.

CCXVII.

Obligatio

FF. Min.

ad Ieiun.

217. Extrà casum necessitatis, tenemur ad ieiunandum duplici præcepto, Ecclesiæ scilicet, & Regulæ, quæ c. 3. sic inquit: Et ieiunent à festo omnium Sanctorum vsque ad Natiuitatem Domini: Sanctam verò Quadragesimam, quæ incipit ab Epiphania vsque ad continuos quadraginta dies, quam Dominus suo sancto Ieiunio consecrauit, qui voluntariè eam ieiunant, benedicti sint à Domino: & qui nolunt, non sint adstricti; sed aliam vsque ad Resurrectionem Domini, ieiunent. Alijs autem temporibus, non teneantur, nisi sextâ feriâ ieiunare, &c. Ex his Regulæ verbis, cum nonnulli perperam inferrent, quasi ab alijs Ecclesiæ

Regula FF. Minores exime-
 et, Clem. 5. in Clem. Exiui. de verbor. signif.
 am sic declarauit: Deinde, in quibus, cum
 nobis temporibus annotatis in Regula, scilicet
 festo omnium Sanctorum, vsque ad Natiuita-
 tem Domini, & maxime Quadragesima, in qui-
 bus ieiunare tenentur, inseratur in eadem Re-
 gula: Alijs autem temporibus non tenean-
 tur, nisi sexta feriâ ieiunare: Et ex hoc volue-
 runt aliqui dicere, quod dicti Ordinis fratres
 non tenentur, nisi ex condecencia, ad alia ieiu-
 nia, quàm ad ista: declaramus debere intelligi
 eos non teneri ad ieiunium alijs temporibus, præ-
 terquam in ieiunijs ab Ecclesia constitutis: non
 est enim verosimile, quod vel Institutor Regulae,
 vel etiam Confirmator absoluere ipsos intende-
 rit à seruandis illis ieiunijs, ad quæ de comuni
 saculo Ecclesia obligantur ceteri Christiani,
 ita Pontifex, non obscure simul insinuans
 teneri nos ad ieiunium Quadragesimæ uni-
 uersalis, non solum ex præcepto Ecclesiæ,
 verum etiam ipsius Regulae, Ideoque & iu-
 niores fratres, licet ante vigesimum primū
 annum ætatis, aliàs ad hoc ieiunium non
 adstringerentur, ratione tamen voti & Re-
 gulae promissæ sic tenentur, vt cum Pisano
 tenet P. Sanct. in dictum locū Regulae. Quic-
 quid aliqui secus opinentur, nos ad eam
 quadragesimam non obligari, quàm ex

communi præcepto Ecclesiæ, contra quos disputant P. Sanch. & P. Polit. *ibid.* n. 49. De qua, ut & aliâ quæstione, utrum ad ieiuniū feriæ sextæ, quæ in quâdragesimam illam incidit, teneamur ex Regula, an verò, quatenus communi Ecclesiæ præcepto comprehenditur, superfluum iudico hic ultra verbum addere, cum habeamus communem nostræ Congregationis consensum in Summario Regulæ, vbi inter duodecim æquipollentia præceptis, quinto loco sic expressè dicitur: *Quod fratres ieiunent à festo omnium Sanctorum vsque ad Natiuitatem Domini, & Quadragesimam Resurrectionis, nec non in omnibus sextis ferijs totius anni.* Hæc igitur sunt Regulæ; cætera, quatuor temporum & Vigiliarum, mera sunt ieiunia Ecclesiæ.

CCXVIII.

*Ieiunij
modus.*

218. Quæ porro ratione ieiunandi, vtraque peragere nos oporteat, ut sciamus, prænotandum est, variam esse in hoc Ecclesiarum consuetudinem, dum in quibusdam esus ovorum, & lacticiolorum, omnibus ieiuniorum diebus æqualiter prohibetur, in quibusdam verò permittitur etiam in Quadragesima, sicuti in his Germaniæ Prouincijs, extra Heluetiam, quæ contenta lacticiuijs, ovorum vsu abstinere in Quadragesima, In alijs demùm, secundum Ecclesiæ legem
commu-

communem, ait L. ym. l. 4. tr. 8. c. 1. n. 3.
 Ovorum & lacticiniorum esus in sola Quadra-
 gesima interdicitur. Secundùm hanc varie-
 tatem pariformiter etiam variant nostri Ex-
 positores teste P. Sanch. vbi supra. quorum
 nonnulli vniuersim volunt ieiunia fieri in
 cibis Quadragesimalibus, hoc est, absti-
 nendo ab esu tam lacticiniorum, quàm o-
 vorum, alij verò in Ieiunijs Ecclesie admit-
 tunt vsum ovorum ac lacticiniorum; alij
 demùm sequendam in hoc esse consuetudi-
 nem Regionis. Hanc vt communem DD.
 sequitur noster P. Polit. n. 53. quia, inquit,
 in ieiunijs, secundùm S. Hieron. Ambros. &
 August. in c. illa. & c. Vinam. d. 12 & commu-
 niter DD. 4. sent. d. 76. Regionis seruanda est
 consuetudo: ideo prædicta, citra Quadragesi-
 mam, licite comedi poterunt, vbi consuetudo
 hoc habet. Vbi verò talis consuetudo non
 est, non poterunt licite comedi &c. Nota,
 citrà Quadragesimam. Incertum an Qua-
 dragesimam Resurrectionis tantùm, an ve-
 rò etiam alteram nobis in Regula indictam
 à festo omnium Sanctorum ad Natiuitatem
 Domini, excipiat. Absolutam huius rei cõ-
 cessionem de mente S. Pont. Gregorij 13.
 nostræ Prouinciæ perscripsit P. Syluester
 de Costano, sub dato 28. Ian. An. 1583. Eius
 verba propria sunt ista: Quanto alla licentia
 che si mandate di poter vsar Cibi de lacticinij ne

tempi di digiuno, il nostro Illustrissimo-Prote-
tore ne ha parlato al Papa, quale gli ha rispo-
sto, che: Concedit & dispensat iuxta morem
aliorum Religiosorum in istis partibus.
Però, secondo fanno loro, offeruarete anchor Voi
&c. Erat hæc ipsa Doctrina quondam qua-
tuor Magistrorum Ordinis in sua Regula
explicatione: vbi conuictis de absurditate
illis, qui in esu carniũ stare posse ieiunium
putant, concludunt fratres oportere ieiu-
nare in cibo ieiunantium secundũ con-
suetudinem hominum & maximè Religio-
sorum terræ, in qua morantur. Quatuor
Magistros verbotenus sequitur Serena Cõ-
scientia Licitus est ergo nobis, secundũ
has Authoritates, quibuscunq̃ue Ieiunio-
rum diebus, saltem extrã Heluetiam, ou-
rum & lacticiuorum esus; quandoquidem
ita communis fert vsus, tam sæcularium,
quàm Regularium. Veruntamè tantam li-
bertatem Prouincia nostra nunquàm exer-
cuit, sed vt Seraph. nostro Patriarchæ, eius-
que primis Discipulis, cum omnimodè non
valeret, pro viribus se conformaret, quoni-
am butyro & lacte prorsus carere non pos-
sumus, defectu olei, non nisi pecuniã com-
parabilis, eorum tamen vsum quantum po-
tuit restrinxit, vt caseo saltem, tanquàm
solidioris nutrimenti cibo abstineret, sicut
 &

& ovis, nisi quantum Benefactores nostri, dum vel hospitio nos excipiunt, vel pro eleemosyna cibos ad Conuentus, iam paratos destinant, ea loco condimenti, more Regionis, adhibent. In quo doctrinam sequimur Hugon. *in Regul.* qui postquam docuisset formam Ieiunij Ecclesiastici esse, vt cœnâ solâ quis contentus à carnibus & ex carne originem ducentibus absteat, excipiendo subdit; *De quis tamen & lactici- nijs pro aliquo tempore, loco & consuetudine approbata, vbi hæc honesta sunt pro patria. Homines enim offenduntur, inquit, cum scilicet prætextu abstinentiæ ab ovis & caseo respiciamus vilia, & sumptuosa recipimus: Pisces delicatissimi & cari sunt Diuidum, lactucina pauperum. &c.* & concludit tandem oportere se conformare consuetudini Regionis. Aliter vel ovis, vel caseo vesci non solemus, inhærentes declarationi, quam ex commissione Capituli Generalis, fecit nostra Definitio Suij 19. Nou. An. 1625. 1. *Quod oua non comedantur à fratribus nec intrâ, nec extra Monasteria in die Ieiunij, siue ille sit ex præcepto Regule, siue ex præcepto Ecclesie.* 2. *Nec caseus comedatur in die Ieiuniorum intrâ domum; extrâ verò in Quadragesima fratribus interdicitur.* 3. *Lac & mera lactis siue caseus secundarius, vulgò Zuger & Butyrus, comedantur intrâ & extrâ domum. Sub-*

scripsere R. P. Columbanus Rottenburg. Præ-
 uincialis, R. P. Matthias Aug. R. P. Andreas à
 Sursee, R. P. Hieronymus Friburg. Brig. & R.
 P. Ioannes Baptista Polonus, Definitor.

CCXIX.
 Dispensa.
 810.

219. Confessarius non potest dispen-
 sare de ieiunio, nisi ad hoc deputetur ab ha-
 bente facultatem dispensandi: quia dispen-
 satio in ieiunio est actus iurisdictionis in
 foro exteriori, Confessarius autem non
 habet iurisdictionem in foro exteriori. Po-
 terit tamen Confessarius declarare, an cau-
 sa sit sufficiens ad non ieiunandum, & hoc
 pacto interpretari legem, quod tunc non
 obliget: siquidem hoc spectat ad Iudicium
 pœnitentiale. Bassæ. 10. 1. V. Ieiunium. 1. n. 7.
 Vbi mox etiam subdit duo Priuilegia So-
 cietati IESV concessa à Pio 4. 21. Ian. 1563.
 quorum vsum licet ipse neget amplius va-
 lere, quod sint oracula viæ vocis per Vr-
 ban. 8. reuocata, illa tamen præterire hic
 nolui, propter ea, quæ V. Priuilegium. de
 valore huiusmodi oraculorum dicenda
 sunt. Est igitur priuilegium 1. vt Superio-
 res Societatis Iesu, & de eorum licentia. alij eti-
 am Confessarij eiusdem Societatis possint dispen-
 sare cum pueris Catholicis, famulis, ancillis &
 coniugibus Patrumfamilias hereticorum, vt pos-
 sint vesci carnibus, ouis & lacticinjs sine scrupulo,
 quando ij, quibus subsunt, negant cibos
 quadra-

quadregesimales. 2. Ut idem possint dispensare in Germania Superiori circa Ieiunia, cum ijs, qui ad Ieiunandum totam Quadragesimam in illis partibus adduci non possunt. Sed id fieri voluit cum prudenti iudicio & alicuius boni occasione aut proposito, ne dispensatio in dissipationem conuertatur, & ut habeatur Consensus Ordinarij, seu Pralati, vel ipsius Vicarij, saltem semel pro semper.

Vide plura V. Constitutio. Et V. Dispensare.

INDVLGENTIA.

220. Indulgentia Regularibus concessa à Paulo 5.
 221. Indulgentia Stationum vrbis.
 222. Indulgentias superiores lucrari possunt extra conventus.
 223. Indulgentia speciales.
 224. Indulgentia ad signum Campana Salutationis Angelicae.
 225. Visitantium Ecclesias & oratoria Regularium.
 226. Pro defunctis. 227. Altaris Privilegiati.
 228. Breue Alexandri 7. 229. declaratum.
 230. quoad locum. 231. Tempus.
 232. Opus iniunctum. 233. Celebrantem.
 234. Litera filiationis, quoad Communicacionem

X5

sine